



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4 vtrum secundu[m] eos in quos peccatur, scilicet in Deum, proximum, &  
seipsum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)



species, & simile est de amore, si contentiar pp habendum vnde vult, vt coiter pauperes faciant. nō enim p peccatū in aliam speciem immo minuitur peccatū ex bonitate finis.

Et 1. ad Timotheum vltimo, q̄ radix oīum malorum est cupiditas. Manifestum est autē esse diuersas species peccatorum. non ergo peccata distinguunt specie secundum diuersitates causarū.

RESPON. Dicendum, q̄ cum quatuor sint causarum genera, diuersimode diuersis attribuuntur. Causa enim for malis, & materialis respiciunt proprie substantiam rei: & ideo substantię fm formam, & materiam, specie & genere distinguuntur. Agens autem & finis respiciunt directe motum, & operationem: & ideo motus & operationes secundum huiusmodi causas specie distinguuntur, diuersimode tamen. nam principia actiua naturalia, sunt determinata semper ad eosdem actus: & ideo diuersę species naturalibus attenduntur non solum secundū obiecta, quę sunt fines, vel termini: sed etiam secundū principia actiua, sicut calefacere, & infrigidare distinguuntur specie secundum calidum, & frigidum. Sed principia actiua in actibus voluntarijs, cuiusmodi sunt actus peccatorum, non se habent ex necessitate ad vnum: & ideo ex vno principio actiui, vel motiui possunt diuersę species peccatorum procedere: sicut ex timore male humiliante potest procedere quod homo furetur, & quod occidat: & quod deserat gregem sibi commissum: & hæc eadem possunt procedere ex amore. Vnde manifestum est, quod peccata non differant specie secundum diuersas causas actiuas, vel motiuas, sed solum secundum diuersitatem causę finalis: finis autem est obiectū uoluntatis. \* ostensum est enim supra, quod actus humani habent speciem ex fine.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod principia actiua in actibus voluntarijs, cum non sint determinata ad vnum, non sufficiunt ad producendum humanos actus, nisi determinetur voluntas ad vnum per intentionem finis, ut patet per \* Philosophum in 9. Meth. & ideo a fine perficitur & esse, & species peccati.

AD SECVNDVM dicendum, quod obiecta, secundum quod comparantur ad actus exteriores, habent rationem materię circa quam: sed secundum quod comparantur ad actum interiorem voluntatis, habent rationem finium, & ex hoc habent quod dicitur speciem actiui. Quamuis etiam secundū quod sunt materia circa quam, habeant rationem terminorum, a quibus motus specificantur, vt dicitur in 5. \* Phys. & in 10. Ethic. sed tamen etiam termini motus dant speciem motibus, in quantum habent rationem finis.

AD TERTIVM dicendum, quod illę diuisiones peccatorum non dantur ad distinguendas species peccatorum, sed ad manifestandas diuersas causas eorum.

Super Quęstionis septuagesimę secundę Articulum quartum.

IN quarto vero articulo, aduerte, q̄ codices multi corrupti sunt euidenter. primus n. ordo debet esse ordo diuinę legis, secundus rationis, tertius socialis nisi quis dicat q̄ ly. pri mus, secundus, & ter-

ARTICVLVS IIII.

Utrum peccatum conuenienter distinguatur in peccatum in Deum, in seipsum, & in proximum.

AD QVARTVM sic procedit. Vt q̄ inconuenienter peccatum distinguatur per peccatū quod est in Deum, in proximum, & in seipsum. Illud enim quod est commune omni peccato, nō

debet poni quasi pars in diuisione peccati: sed commune est omni peccato, q̄ sit contra Deum. ponitur enim in definitione peccati quod sit contra legem Dei, vt \* supra dictum est. non ergo peccatum in Deum debet poni quasi pars in diuisione peccatorum.

¶ 2 Præ. Omnis diuisio debet fieri per opposita: sed ista tria genera peccatorum non sunt opposita. quicumque enim peccat in proximum, peccat in seipsum, & in Deum. non ergo peccatum conuenienter diuiditur secundum hæc tria.

¶ 3 Præ. Ea quę sunt extrinsecus, non conferunt speciem: sed Deus, & proximus sunt extra nos. ergo per hæc non distinguuntur peccata secundum speciem. inconuenienter igitur secundum hæc tria peccatum diuiditur.

SED CONTRA est, quod Isid. in li. de summo bono distinguens peccata, dicit q̄ homo dicitur peccare in se, in Deum, & in proximum.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut \* supra dictum est, Peccatum est actus inordinatus: triplex autē ordo in hoīe debet esse. Vnus quidem fm comparationem ad regulam rationis, prout s. omnes actiones, & passiones nostrę debent fm regulam rationis commensurari. Alius autē ordo est per comparationem ad regulam diuinę legis, per quam homo in omnibus dirigi debet. Et si quidem homo naturaliter esset animal solitarium, hic duplex ordo sufficeret: sed quia homo est naturaliter animal politicum, & sociale, ut probatur in 1. \* Politico. ideo necesse est, q̄ sit tertius ordo, quo homo ordinetur ad alios hoīes, quibus conuiuere debet. Horum autē ordinum primus continet secundum, & excedit ipsum. Quęcumque n. continentur sub ordine rationis, continentur sub ordine ipsius Dei: sed quędam continentur sub ordine ipsius Dei, quę excedunt rationem humanā, sicut ea quę sunt fidei, & quę debentur soli Deo. vnde qui in talibus peccat, dicitur in Deum peccare, sicut hæreticus, & sacrilegus, & blasphemus. Similiter est secundus ordo includit tertium, & excedit ipsum, quia in omnibus, in quibus ordinamur ad proximum, oportet nos dirigi fm regulam rationis: sed in quibusdam dirigimur secundum rationem quantum ad nos tantum, nō autē quantum ad proximum: & qñ in his peccatur, dicitur homo peccare in seipsum, sicut patet de gulo, & luxurioso, & prodigo. quando uero peccat homo in his quibus ad proximum ordinatur, dicitur peccare in proximum, sicut patet de fure, & homicida.

Sunt autem diuersa, quibus homo ordinatur ad Deum, ad proximum, & ad seipsum. vnde hæc distinctio peccatorum est secundum obiecta, secundum quę diuersificantur species peccatorum. unde hæc distinctio peccatorum proprie est fm diuersas peccatorum species. nam & uirtutes quibus peccata opponuntur, secundum hanc differentiam specie distinguuntur. Manifestum est enim ex \* dictis, q̄ virtutibus theologis homo ordinatur ad Deum; temperantia uero & fortitudine ad seipsum, iustitia autem ad proximum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ peccare in Deum, fm quod ordo qui est ad Deum includit oēm humanum ordinem, cōmune est omni peccato; sed

Prima Secundę S. Thomę. V quan-

titus, non referuntur ad numerationem factam in litera, sed numerationem secundum naturam ordinem. & quia quęstio hæc non est de rebus, dicitur quęstio ut vult. Et in eodem art. nota regulam vniuersalem datam in responsione ad secundum de intelligendis, ac exponendis comparationibus eorum, quorū vnum clauditur in reliquo: & si scieris eam applicare, multas solues quęstiones.

q. 71. arti. 6.

q. 71. arti. 6.

Cap. 2. 10. 5.

Ex q. 64.



quantum ad id quod ordo Dei excedit alios duos ordines, sic peccatum in Deum, est speciale genus peccati.

AD SECUNDUM dicendum, quod quando aliqua, quorum unum includit alterum, ab invicem distinguuntur, intelligitur fieri distinctio non secundum illud, quod unum continetur in altero, sed secundum illud, quod unum excedit alterum, sicut patet in divisione numerorum, & figurarum. Non enim triangulus dividitur contra quadratum, secundum quod continetur in eo, sed secundum quod exceditur ab eo. & similiter est dicendum de ternario, & quaternario.

AD TERTIUM dicendum, quod Deus, & proximus quamvis sint exteriora respectu ipsius peccantis, non tamen sunt extranea respectu actus peccati, sed comparantur ad ipsum sicut propria obiecta ipsius.

ARTICVLVS V.

Utrum diuisio peccatorum, quae est secundum reatum diuersificet speciem.

¶ Super Questionis septuagesimae secundae articulum quintum.

IN artic. 5. eiusdem 72. quaest. nota in primis regulam generalem, quod secundum reatum poenarum non distinguuntur specie peccata. Et intelligitur etiam hoc de poenis ut sic, & ex hoc sequitur, quod peccata ex hoc quod habent adiunctas poenas excoicationis, & huiusmodi, non mutant speciem. unde pertinent ad speciem ipsius actus subiecti poenae, si sit malus, puta, furus; vel si non sit ex se malus ad speciem illius vitij, cui subternitur ex statuto, puta, gulae, si praecipitur abstinencia: & sic de alijs penata natura poenaru quo ad culpam. Excommunicatio namque semper supponit praecipuum, irregularitas autem non. Et simile est de suspensione, & interdicto. De poenis autem alijs, quae ad ius posituum spectant, quandoque implicant praecipuum, & quae non. Sufficit hic, quod quantum est ex ratione poenae non variatur species.

¶ Ad uerba secundo, quod author non dicit, quod ueniale & mortale distinguuntur, quia unum est respectu finis, & alterum eius quod est ad finem: immo dicit oppositum, dum dicit, quod in eadem specie adulterij inuenitur utrumque. Sed dicit, quod distinguuntur ex hoc quod unum est mortale auerit a fine: alterum, scilicet ueniale deordinat contra auerfionem.

¶ Ad uerba secundo, quod author non dicit, quod ueniale & mortale distinguuntur, quia unum est respectu finis, & alterum eius quod est ad finem: immo dicit oppositum, dum dicit, quod in eadem specie adulterij inuenitur utrumque. Sed dicit, quod distinguuntur ex hoc quod unum est mortale auerit a fine: alterum, scilicet ueniale deordinat contra auerfionem.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur quod diuisio peccatorum, quae est secundum reatum, diuersificet speciem, cum diuiditur secundum ueniale, & mortale. Ea enim quae in infinitum differunt, non possunt esse unius speciei, nec etiam unius generis: sed ueniale, & mortale peccatum differunt in infinitum. ueniale enim debetur poena temporalis, mortali poena aeterna: mensura autem poenae respondet quantitati culpae, secundum illud Deu. 25. Pro mensura delicti, erit & plagarum modus, ergo ueniale, & mortale non sunt unius generis, nec dum quod sunt unius speciei.

¶ 2. Praet. Quaedam peccata sunt mortalia ex genere, sicut homicidium, & adulterium: quaedam uero ex suo genere sunt peccata uenialia, sicut uerbum otiosum, & risus superfluum. ergo peccatum ueniale, & mortale specie differunt.

¶ 3. Praet. Sicut se habet actus uirtuosus ad praemium, ita se habet peccatum ad poenam: sed praemium est finis uirtuosi actus. ergo & poena est finis peccati: sed peccata distinguuntur specie secundum fines, ut dictum est, ergo etiam distinguuntur specie secundum reatum poenae.

SED CONTRA. Ea quae constituunt speciem, sunt priora, sicut differentiae specificae: sed poena sequitur culpam, sicut effectus eius. ergo peccata non differunt specie secundum reatum poenae.

RESPON. Dicendum, quod

eorum quae specie differunt, duplex differentia inuenitur. Una quidem, quae consistit in diuersitate specierum: & talis differentia nunquam inuenitur nisi in speciebus diuersis, sicut rationale & irrationale, animatum & inanimatum. Alia autem differentia est consequens diuersitatem speciei: & talis differentia etiam in aliquibus consequatur diuersitatem speciei, in alijs tamen potest inueniri in alia specie, sicut album & nigrum consequuntur diuersitatem speciei corui, & cygni: tamen inuenitur huiusmodi differentia in eadem hominis specie. Dicendum est ergo, quod differentia uenialis, & mortalis peccati, uel quaecumque alia differentia, quae sumitur penes reatum, non potest esse differentia constituens diuersitatem speciei. Nunquam enim id quod est per accidens, constituit speciem: id autem quod est praeter intentionem agentis, est per accidens, ut patet in secundo. ¶ Phys. Manifestum est autem, quod poena est praeter intentionem peccantis: unde per accidens se habet ad peccatum ex parte ipsius peccantis. Ordinatur tamen ad peccatum ab exteriori, scilicet ex iustitia iudicantis, qui secundum diuersas condiciones peccatorum diuersas poenas infligit. Unde differentia, quae est ex reatu poenae, potest consequi diuersam speciem peccatorum, non autem constituit diuersitatem speciei. Differentia autem peccati uenialis, & mortalis consequitur diuersitatem inordinationis, quae complet rationem peccati. Duplex enim est inordinatio, una per subtractionem principij ordinis: alia quae etiam saluato principio ordinis fit inordinatio circa ea quae sunt post principium: sicut in corpore animalis quaedam quidem inordinatio complexionis procedit usque ad destructionem principij uitalis, & haec est mors: quandoque uero saluo principio uitae fit deordinatio quaedam in humoribus, & tunc est agria. Principium autem actus totius ordinis in moralibus est finis ultimus, qui ita se habet in operarijs, sicut principium in demonstrabili in speculatiuis, ut dicitur in 7. Ethicorum. Unde quando anima deordinatur per peccatum usque ad auerfionem ab ultimo fine, scilicet Deo, cui unum est charitatem, tunc est peccatum mortale: quando uero fit deordinatio contra auerfionem a Deo, fit peccatum ueniale. Sicut enim in corporibus deordinatio mortis, quae est per remotionem principij uitae, est irreparabilis secundum naturam: deordinatio autem agriutudinis separari potest po-

nem a fine. ¶ Item dicitur, quod ueniale & mortale non distinguuntur ex parte consensionis, unde habentur peccata specierum, & poena contingit, & utrumque sit circa finem. Idem enim est obiectum adulterij & primi motus eius infidelitatis, & primo motus eius. Sed ex parte auerfionis, unde peccata non habent speciem inter duos modos deordinationis: auerfionem, & consensum huiusmodi peccata. Cum enim peccando auerfio a fine: est peccatum mortale: cum autem peccando auerfio simpliciter, sed quaedam sit, contra rationem postergationem finis, tunc fit peccatum ueniale, circa quod cumque obiectum accidant. ¶ Et hinc patet, quod si sum esse, quod in a dist. secundi. Scimus dicit, quod ueniale & mortale distinguuntur, quia hoc contra praecipuum, illud contra consilium. immo patet utrumque, quod re sub praecipuum, ut praecipuum namque ad terti cadit ad hunc peccatum: siue ueniale, quod est mortale: siue imperiale, ut primus motus in humo si. & tunc est de alij. huiusmodi. Falsissimum quod que est, quo agitur contra consilium, nec, experientia patet, neminem peccati arguens, qui non ingreditur religionem, quod est in consilio. Auerfionem quoque Apost. 1. Cor. 7. communitate ubi cum diuisione uirginibus praecipuum non habeo, etiam illud autem de, si iunxit: Si accipere uxorem.

Inf. q. 88. art. 1. & 2. Et 1. dist. 17. q. 6. 2. art. 5. cor. Et 2. dist. 42. q. 1. ar. 3. & 4. di. 16. q. 3. ar. 2. q. 4. ad 5. & 3. contra. c. 339. b. & 147.

art. 1. ad 1.